



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. XXVIII. De Obitu Magistri Winrici.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Winricus à Kniprode XIX. Magister Gener. Ord. Teut.*

non est reversus, sed obiit (b) in monasterio veteris montis Ordinis Cisterciensis. Hujus autem sceleris perpetratores morte similiter interierunt.

*Papa IX. exortum est Schisma detestabile.*

## ANIMADVERSIONES.

- (a) Causam captivitatis non legimus quenquam nostratum Scriptorum expressisse.  
 (b) Schuzius in catalogo Episcoporum Culmensium dicit eum Colonie esse mortuum.

## CAP. XXVIII.

De

(a) *Obitu Magistri Winrici.*

Anno Domini MCCCLXXXII. in die S. Joannis Baptistæ obiit Magister Winricus, qui præfuit (b) 32. annis. versus:

VINCLASUBITMORTISWINRICUSNOCTEJOANNIS.

Eodem anno post festum natalis Domini die 12. homines foderunt hortos suos, seminantes petroselinum, papaver & alia semina æstivalia, sicut nunc fit post Festum Paschæ & fiebant tunc tonitrua & fulmina, sicut in æstate.

DEDUCE AUSTRIÆ  
EXPULSO PER  
POLONOS.

An. Dn. MCCCLXXXV.  
Poloni Dominum Wilhelmum Ducem Austriæ  
Domine Hedvige Regine

Poloniæ matrimonialiter, imò carnaliter copulatam de regno & uxore repulerunt, & dictam Dominam contra omnem suam voluntatem Jagel Regi Lithvanorum pagano, in uxorem tradiderunt, eam ad hoc vi impellentes, quod ipsa sit coacta fecit dolorosa:

Eodem anno Frater Regis Franciæ occisus est per quendam militem, cujus uxorem vi oppresserat, & propter libidinis suæ ardorem impetuosum, quem honestis dominabus & virginibus inferebat, & propter alia mala tradimamenta Fratri suo Regi Franciæ (qui probus erat) illata. Cujus brachium dextrum miles iste primo invadendo amputavit juxta vaticinium David Prophetæ sancti, in his tribus verbis: Conteret brachium

Hbb 3

pecca



*Winricus à Kniprode XIX. Magister Gen. Ord. Teut.*

*peccatorum. Pie credendum est; à Domino factum est istud, & est mirabile in oculis hominum.*

DE JUDÆIS PRAGÆ INTERFECTIS.

*Anno Domini MCCCLXXXIX. feria 2. post Festum Pasche, Praga occisi sunt, Judæi & cremati propter contumeliam Sacramento Corporis Christi illatam in vigilia Pasche.*

DE FESTO VISITATIONIS MARIE.

*Eodem anno Urbanus Papa Festum Visitationis Mariæ gloriose instituit, post Octavas S. Joannis solenniter celebrandum.*

*Eodem anno idem Urbanus Papa annum Jubileum in 33. annos secundum aetatem Christi statuit perpetuis temporibus observari cum pauci homines jam usque ad 50. annos vivendo pertingerent.*

DE ANNO JUBILÆO.

*Anno Domini MCCCXC. fuit annus Jubileus, quem Bonifacius IX. successor Domini Urbani prædicti secundum formam & modum prædictum confirmavit.*

ANIMADVERSIONES

AD CAP. XXVIII.

- (a) Totum hoc caput ut & sequens in Exemplari, ex quo hæc descripta sunt, præponitur capitibus duobus proximè præcedentibus. Sed, ut ex annis adjectis apparet, perperam. Huc itaque illud reduximus omissis illis, quæ post duo memorata capita de morte Winrici Magistri repetuntur. Ea verò sic habent: *An. Dn. MCCCLXXXII. obiit Fr. Winricus de Kniprode Magister 18. qui præfuit annis.* In quibus verbis etiam Winricus dicitur fuisse duodevigesimalis Magister, cum ipsum undevigesimum fuisse vulgaris habeat sententia. Ex quibus illud colligas, & Continuatores hunc Dusburgii Henricum de Hohenloe inter Magistros numerasse, de quo egimus in *Animadversionibus ad Vitam Conradi Landgr.*

- (b) Anni regiminis exprimuntur sequenti versiculo:

*QVI VIVens fortIs In tantIs reX erat annIs*

CAP. XXIX.

De

*Electiõne Dn. Conradi Czolner in Magistrum.*

Post